

partitione videatur Sixtus Senensis in Biblioth. S. L. l. p. m. 5.) apparere existimamus, libros sacros in templo asservatos, eosdem viginti duos fuisse, quorum iuste fides admittitur. Recedimus itaque merito a doctissimo Masio, qui libros illos in templo asservatos, pro Annalibus habet, a Regum scribis vel Prophetis conscriptis. Josephus sæpe alios, si novisset libros in templo asservatos, eorum contra Apionem mentionem fecisset, eo quod ibi ex constituto librorum sacrorum numerum enarravit. Mens igitur Josephi absque dubio fuit in priori loco, stationem solis, rem quippe stupendam in sacris literis relatam legi, in libro nempe Josuæ; libri vero Recti nullam plane fecit mentionem. Ad Theodoreti sententiam datis expromissis progredimur, ex qua intelligimus, eum existimasse, librum Recti antiquum fuisse commentarium, ex quo liber Josuæ sit conscriptus. Non piget verba adducere, quibus alii sacrorum Annalium systema superstruunt. Leguntur illa in *Comment. in Jesum Nave quæst. XIV. p. m. 202.* Ερωτ. ιδ'. Τὸ ἐστὶ τὸ, ἔχει τὸ γέγραπται ἐπὶ τὸ βιβλίον τὸ εὐθεῖν; Διδάξας ἡμᾶς ὁ συγγραφεὺς τῆ προφήτε τὴν δύναμιν, ὅτι λόγῳ μόνῳ χρῆσάμεν ὡς προβῆναι, τῆς μεγάλης φωτῆρας κακώλκεν, ἕως κατὰ κράτ' ἐνίκησεν, ὑπειδόμεν μὴ τις ἀπιστήσῃ τῷ λόγῳ, ἔφη τὸ ἐν τῷ παλαιῷ εὐθεῖναι συγγράμματι, δῆλον τοίνυν κἀντεῦθεν, ὡς ἄλλός τις τῶν μεταγενεστέρων τὴν βίβλον ταύτην συνέγραψε, λαβὼν ἐξ ἑτέρας βίβλων τὰς ἀφορμας. h. e. *Inter. XIV. Quid sibi vult? Nonne hoc scriptum est in libro, qui inventus est? Cum docuisset nos Autor prophetæ virtutem, nempe quod solo verbo progressum luminarium magnorum cohibuisset, donec omnino vicisset; suspicatus, ne quis verbis non adhiberet fidem, dixit, hoc inveniri in antiquo Commentario. Quare constat ex hoc loco, posteriorum quempiam alium hunc librum conscripsisse ex alio libro capta occasione.* Huc quoque spectant, quæ II. Reg. quæst. 4. p. m. 264. adducuntur: ποῖον ἐστὶ τὸ βιβλίον τὸ εὐθεῖς; δηλὸν ἐστὶ κἀντεῦθεν ὡς ἐκ πολλῶν προφητικῶν βιβλίων ἢ τῶν βασιλείων ἱστορίᾳ συνέγραψεν. εἰπωὺν γαρ

γὰρ